Certe illud admirādum ⁊ multiplex gaudiū in cor ho
mīs non aſcēdit. Et ergo quilibet tot⁹ ipſum gaudium
introibit: ⁊ ſic gaudium ſuū plenum erit. Nam int⁹ et
extra. ſubt⁹ ⁊ ſupra īmo circūquaqꝫ mirabilit̄ gaudebit:
int⁹ de puritate cōſciētie. extra de corpis glorificatione.
ſubt⁹ de celo ⁊ aliaꝝ creaturarum pulchritudīe ⁊ innoua
tiōe. ſupra de dei viſiōe ⁊ circūcirca de angeloꝝ ⁊ oīm
ſanctoꝝ iocūditate ⁊ delectabili aſſociatiōe. Uere vere
vere nemo poteſt cogitare quātum erit exultare tūc in
celis habitare ⁊ cum angelis regnare. Et ergo bene di
cit̄ mathei. xxv. Intra in gaudium domini tui. intra in
hoſpicium gaudij. nam nō poterit intrare cor tuum de
immēſitate gaudioꝝ celeſtium. Sic vt beat⁹ bernardus
in libro meditationū ſuaꝝ. Ibi totum leticia. totum ex
ultatio poſſidet. hominesqꝫ angelis ſociati ſine vlla car
nis infirmitate imperpetuū manebūt iocūditas infini
ta. beatitudo ſempiterna. in qua qui ſemel ſuſcipit̄ ſemꝑ
tenet̄ ibi requies a laborib⁹. pax ab hoſtib⁹. amenitas de
nouitate. ſecuritas de eternitate. dulcedo ⁊ ſuauitas de
dei viſione. Et quis illic habitare vehemēter non deſide
at ⁊ ꝓpter pacem ⁊ ꝓpter amenitatem: ⁊ ꝓpter eterni
tatem: ⁊ ꝓpter dei viſionem. Item vt alibi adhuc idem
bernard⁹. Tanta eſt iocūditas ⁊ ſuauitas illi⁹ patrie ce
leſtis ꝙ ſi nō liceret ibi eſſe niſi ꝑ vni⁹ hore ſpacium om
nes dies hui⁹ vite pleni delicijs merito cōtemnerentur.
Cui cōparata omnis aliunde ſuauitas dolor eſt: omnis
iocūditas meror. omne dulce amaꝝ. omne decoꝝ fedum
et omne aliud quicqđ delectare poſſꝫ moleſtum cum dei
bonitas in infinitum excedat omnem aliam bonitatem.



O bone deus quid mihi eſt in celo. et a te quid volui ſup
terram cum hec omnia ſunt deſiderabilia ſup aurum ⁊
lapidem precioſum multum: ⁊ dulciora ſup mel ⁊ fauū
O quid dicem⁹ de hac patria. quid de hieruſalē vrbe tā
beata. Per hui⁹ enim viros ſicut ſcribit thobie. xiij. In
ceſſanter iocūde ⁊ dulciter cantatur all'a. Vn̄ yſaie. li.
Gaudium ⁊ leticia inuenieť in ea. gratiarū actio ⁊ vox
laudis in templo ei⁹ omnes dicēt gloriam. Et vere me
rito vox exultatiōis ⁊ ſalutis reſonet in tabernacul' iu
ſtoꝝ. Nam in ciuitate domini ibi ſonāt iugiter organa
ſanctoꝝ qui tribulationum ⁊ penaꝝ laborumq́ ⁊ omni
um miſeriarum penit⁹ iam obliti perfruūtur ⁊ iubilo
celeſti. O q̄ letabūde. q̄ ſuauiter ⁊ preclare tūc canet ī
Dlaſol: qui in gama vt fleuit ⁊ are. De hac ciuitate loq
tur adhuc bernard⁹ in libro de meditationib⁹ O ciuitas
celeſtis: māſio ſecura. patria totum cōtinēs qđ delectat
ibi incole quietis popul⁹ ſine murmure. q̄ glorioſa dcā
ſunt de te ciuitas dei ſicut letātium omnium habitatio
eſt in te ibi. Pax: pietas. bonitas. lux. virt⁹. ſplendor. ho
neſtas. Gloria. laus. requies. amor ⁊ concordia dulcis.
Gaudium. leticia. dulcedo. vita perhēnis. De hoc autem
perhēni vita certi erūt ⁊ ſecuri q̄ nunq̄ imppetuū erit
amittēda. Yſa. xxxij. Securitas erit vſq́ in ſempiternū
Item ezechi. xxxiiij. Habitabūt cōfidenter abſq́ vllo ti
more. Et puer. i. Qui me audierit abſq́ terrore. requie
ſcet ⁊ abundātia pfrueť maloꝝ timore ſublato Vn̄ au
guſtin⁹ Beatitudinem omnium bonoꝝ celeſtium perfi
cit ſecuritas eterna que ſi ſola deeſſet omnia bona cele
ſtia quātumcūq́ dulcia vaneſcerēt ⁊ vileſcerēt ex timo
re amittēdi. Et ergo aſſecurādo dicit domin⁹ iohā. xvij.
Gaudium veſtrum nemo tollet a vobis O dom⁹ dei. ci
uitas regis magni q̄ innumerabilia. quā grādia ⁊ eter
nalia ſunt cuncta tua gaudia. q̄ multe tue leticie: q̄ feli
ces tui incole. Vere vere. Beati qui habitant in domo

tua domine: nam in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te. Quis enim ignorat compos mẽtis ſue. ꝙ cetus in excelſis te laudat cel cꝰ omnis. Huiꝰ autem leticie ſeu celeſtis glo-rie ꝑpetuitas indeficiẽs ex hoc perpẽditur quia oliue cõ parat. Unde oſee. xiiij. Erit quaſi oliua gloria eiꝰ Oliua eñ indeficiẽter tam in hyeme ꝙ̃ in eſtate ſemꝑ vireſcit Et ideo indefectibilem eternam iſtiꝰ glorie permanenti am deſignat. que ex diuturnitate nõ deficit ſʒ magis in nouatur. De hac eterna gloria ſic dicit chriſoſtomꝰ in li bro de repatione lapſi Que erit voluptas que leticia eſt cum chriſto cum anima ad ꝓpriam generoſitatẽ regreſ ſa cum fiducia iam ceperit dominum ſuũ videre. Expli cari nõ poteſt illius leticie magnitudo. Nõ enim ſolum pro his exultat quibꝰ perfruitur tunc in preſenti. Sed multomagis ꝓ eo gaudet ꝙ bonoꝝ ſuorum ſcit nullum finem futurum. Et quis erit particeps tãte glorie ſine fine permãſure. Certe gloria hec eſt omnibꝰ ſanctis ſu-is. Nam ſancti exultabũt in gloria letabũtur in cubili bus ſuis. Unñ qui chriſti veſtigia ſecuti fuerũt ĩ terris cum ipſo regnabũt in gloria ⁊ honore coronati eternali ter in celis. O dilecte mi ꝙ̃ ineffabiliter tũc gaudebis ſi ad illa gaudia in eterna gloria fueris tranſlatus Tunc vtiqꝫ dices exclamando illud Yſaie. lxi. Gaudens gaude bo in domino ⁊ exultabit anima mea in deo meo. quia in duit me veſtimentis ſalutis. Veriſſime ſicut ſcribitur iob. xxij. Tunc ſuper omnipotentem delicijs afflues. et eleuabis ad deum faciem tuam. ⁊ ĩ vijs tuis lumen ſplẽ debit. De quo habetur eccleſiaſtici. xi. Dulce lumen ⁊ de lectabile eſt videre ſolem id eſt chriſtum. quem cogno-ſcere et intueri excellit omne gaudiũ huius mũdi. Nec mirum quia eius viſio ⁊ noticia eſt ſanctorum gloria ⁊ vita ſempiterna. Unde iohãnis. xvij. Hec eſt vita eter-na vt cognaſcant te ſolum verum deum ⁊ quem miſiſti ieſum chriſtum. Qui ad cognitionem hanc peruenerit

ipſum deum facie ad faciem videbit. ⁊ cognoſcet eum ſi
cuti eſt ſcd̄m eſſe diuinum qd̄ erit gaudium excellētiſſi-
mum: fons ⁊ origo omnium gaudiorū. Hinc eſt qd̄ ber
nardꝰ dicit in ſermone. Reuera illud eſt verꝫ ⁊ ſummū
gaudium qd̄ nō de creatura: ſꝫ de creatore cōcipit quod
vtiqꝫ fiet quādo tibi faciem ſuam oſtēderit. Et ergo pro
pheta exoptādo dicit. Faciem tuam domine requirā Fa-
ciem inquam gratioſam omnibꝰ gaudijs plenā. Heu mi
hi qꝛ incolatꝰ meus plongatꝰ eſt q̄ꝫdiu carebo tāto bono
et vſquequo ſic ſubtrahor a deo ſaluatore meo. Fuerūt
mihi lachryme mee panes die ac nocte dum dicit mihi
cotidie vbi eſt deus tuꝰ. Quādo videbo ⁊ apparebo ante
faciem dei mei q̄ letificat me in gaudio cum vultu tuo.
Vere hec viſio qua deꝰ facie ad faciem videt tercium ce
lum eſt. Et ſi dici poteſt paradiſus eſt centū milium pa
radiſorꝫ. Ubi ex fonte limpidiſſimo ⁊ ex aqua viua ſic
vita labit beata. Hinc eſt qd̄ ſcribit Yſa. lx. Tūc videbis
ſupple faciem dei ⁊ afflues delicijs ⁊ gaudijs ſempiter-
nis ⁊ mirabit ⁊ dilatabit cor tuū. O q̄ꝫ bonꝰ iſrahel deus
his q̄ recto ſunt corde q̄ tot ⁊ tāta gaudia ipſis q̄ſi gra-
tis vult cōferre. O amice predilecte. Illa libēs audis et
ad hec pia gaudia gaudes Nō tamē ignores p magnos
iſta labores. Sanctis acquiri nec fortuitu repiri Unde
grego. in omelia Delectat mētem magnitudo premiorꝫ
ſed nō deterreat certamē laborꝫ. Ad magna enī premia
perueniri nō poteſt niſi p magnos labores Un̄ paulus
egregiꝰ pdicator dt. Nō coronabit niſi qui legitie certa
uerit: vnuſquiſqꝫ enī ꝓpriam mercedeꝫ accipiet ſcd̄m ſu
um laborem. Sꝫ pleriqꝫ ſunt qui nolētes bene viuē: ta-
mē deſiderāt bene mori. Sciūt enī ꝙ precioſa eſt in con
ſpectu domini mors ſanctorꝫ eius. Etiamqꝫ cognoſcūt
ꝙ cum dederit delectis ſuis ſomnum. ecce hereditas do
mini filij ⁊c. Similiter ⁊ ipſi ſciunt ꝙ beati qui in domi
no moriūtur volūt eſſe participes cum eis quibus do-

minus dixit. Uos eſtis qui permãſiſtis mecum in tẽp tationib⁹ ꝛ tribulationib⁹ Uolunt regnare cũ chriſto: ſʒ nolũt ſecum pati. Talis erat balaam ariolus qui cõ ſiderãs caſtra filioꝝ iſrahel. ꝛ intelligẽs eterne beatitu dinis ꝓmiſſionem eis a domino factam dicebat. Moria tur anima mea morte iuſtoꝝ ꝛ fiant nouiſſima mea ho rum ſimilia. Finem eoꝝ appetẽs glorioſum. ſed labores abhorrebat quib⁹ gloria merebaẗ. O bone ieſu volum⁹ ti bi omnes conregnare: nolumus autem compati ꝛ tecũ laborare. Tu elegiſti pauptates ꝛ miſerias. nos vero vo luptates ꝛ delicias Tu qđ carni aſperius: nos autem quod cõmodoſius. Uñ bernard⁹ Naſciẗ dei fili⁹ in cui⁹ arbitrio erat quodcũq; vellet eligẽ tempus elegit quod carni eſt moleſtius. ꝑſertim paruulo ꝛ pauperis mr̃is filio. que vix pãnos haberet ad inuoluẽdum preſepe ad reclinãdum ꝛ cum tanta eſſet neceſſitas nullam audio fieri pellium mentionem. Chriſtꝰ itaq; qui nõ falliẗ ele git quod carni moleſtius eſt. id igitur melius. id vtili⁹. et id potius ẽ eligẽdum. Et quiſquis aliud ſuaſerit vel docuerit: ab eo tanq; a ſeductore eſt cauendum Ipſe ete nim fratres eſt promiſſus olim per yſaiam prophetam Paruulus ſciens reprobare malum ꝛ eligere bonum. Malum igitur voluptas corporis: bonuʒ vero afflictio eiuſdem eſt. ſiquidem ꝛ hanc elegit: et illam reprobauit puer ſapiens verbum ſanctum. Hec omnia bernardus. O dilecte puer tu ab inicio elegiſti afflictiones corpora les ꝛ patiendo voluiſti intrare gloriam tibi propriam: ſed nos in delicijs viuendo volumus intrare gloriam alienam. O q; ſtulti ſumus ꝛ tardi corde ad credendũ: volumus hic gaudere cum ſeculo: et poſtea regnare cũ chriſto. Dominus nudus ingrediẗ: ſeruus ſupfluitate veſtium auri ꝛ gemmarũ onuſtus introibit. Ille ieiu nus: iſte crapula ꝛ luxuria plenus. ille in cruce pro iſto moriens: iſte pro illo in lecto delicate dormiens.

Quod dominus non fecit. faciet hoc seruꝰ? certe nō nec etiam videt̄ cōsonum rationi. Audi q̄d loquit̄ poeta In cruce ſudauit dn̄s ſeruꝰ ne quieſcet Tolle tuā: tulit ipſe ſuam guſtauit acetum. facq̄ꝫ idem nō maior erit reuerē tia ſerui q̄ꝫ dn̄i. Si vis eſſe ſuus ſecutor oportet tormē ta tormētis ſequi nō itur ad aſtra delicijs Ideo mortem quam ſoluē debes nature pſolue deo moriaris in illo. rū pe moras. igit̄ impone ſilētia carni. Delicias ſuſpēde tu as ⁊ curras ad arma. prompta manꝰ plāgaſq̄ꝫ moras di lata voluptas. Nam ſicut d̄t hiero' in ep̄la ad iulianū. Difficile imo impoſſibile eſt vt ⁊ p̄ntibus quis fruat̄ bo nis ⁊ futuris vt hic ventrem ⁊ ibi mētem repleat. ⁊ de delicijs ad delicias trāſeat ⁊ in vtroq̄ꝫ ſeculo primꝰ ſit ⁊ in terra ⁊ in celo appareat glorioſus. Item d̄t idem in alio loco Impoſſibile eſt delicijs afflu ē ⁊ chriſtum ſequi natura denegat vt cōtraria miſceant̄ Nō poſſumꝰ deo ſeruire ⁊ māmone. aut ego fallor aut ipſi in fine decipi- ent̄ qui mihi modo nō credūt: credēt cū diuitie ſue tran ſierunt in egeſtatem. diues epulabat̄ quotidie ſplēdide. hic indutꝰ purpura ⁊ biſſo ſꝫ mortuus q̄d moyſi noluit credere. poſtea in tormētis poſitꝰ ſenſit. Iſtud etiam in nuere videt̄ beatꝰ bernar. in colloquio. Simonis petri ⁊ ieſu vbi taliter inq̄t. Abrahā ait diuiti epuloni Tu re- cepiſti bona in vita tua ⁊ lazarꝰ ſimilit̄ mala. nūc autem cōſolat̄: tu vero cruciaris Quid dicemꝰ ad hec? Si talis eſt finis ⁊ tale iudicium vbi extrema gaudij luctꝰ occu- pat. nunq̄d preferēda ſunt ī hoc ſeculo mala bonis. quip pe nec illa vera bona. ſꝫ iſta vera potiꝰ ſalomonis ſenten tia. meliꝰ eſt ire ad domum luctꝰ quam ad domum conui uij. Cete℞ ſi ſic cruciandi ſunt qui in vita ſua bona rece perūt: ⁊ habentibꝰ conſolationē p̄ntem ve impoſitum ē ſempiternum. quiſnam eorū poterit eſſe finis ſi ſcd̄m multitudinem cōſolationum ſuarum dolores apprehē- derint animas miſero℞? Conſequēs enī videtur vt bo

na omnia ⁊ omnem ſeculi huꝰ recipientis cõſolationẽ. nihilominꝰ vniuerſum ve ⁊ vniuerſi maneãt cruciatus At uero illud eque ⁊ eadem abrahe ſentẽtia coniiciendũ videt. Omnes qui contrario ductu ſpũ vite pñtis omnia bona reſpuũt ⁊ mala eligũt omnia bona dñi ⁊ õnez habituros cõſolationem. Hec omnia bernardus vbi ſupra. Renuat ergo cõſolaria anima tua in hoc mundo in hac lachrymaꝝ valle. in terra laboris ⁊ miſerie. Nã ve omnibꝰ qui hic recipiunt cõſolationem ſuam. Cõtemne trãſitoria: fugeq́ʒ delicias ⁊ gaudia mundana. Tibi em̃ abſit gloriari niſi in cruce dñi noſtri ieſu chriſti. Unde petrꝰ bleſenſis. ſuꝑ iob ad regem anglie ita dt Putaſne aliquis in pñti vita gaudeat ⁊ futura. ſi tamen gaudiũ debeat dici qđ turbat aſſidue ⁊ reſpergit amaritudĩe pñti. nimis delicatꝰ es. ſi vtramq́ʒ ꝓſumis: vti ſeculo ⁊ frui chriſto pñtis mundi delicias capeꝛ ⁊ nihilominꝰ celeſtis glorie diuitias obtinere. Audi q̃d dictum ſit illi diuiti ĩ euãgelio qui cruciabat in flamma: ⁊ lingue ardentis refrigerium poſtulabat Fili recordare qꝛ recepiſti bona in vita tua: ⁊ lazarꝰ ſimiliter mala. Hic igit conſolat: tu vero cruciaris. O q̃ʒ diſſimile premiũ merito poſſumꝰ reputare inſanos ſanctiſſimos reges ac ꝓphetas. apoſtolos. martyres. cõfeſſores teneros ac delicatas ꝟgines: q̃ omnes ſpretis diuitijs ac cõculcatis delicijs huꝰ mũdi ſeipſos ꝑ chriſto tribulationibus ⁊ morti obtulerũt: ſi gloriam ⁊ honorem quam adepti ſunt in anguſtia ⁊ dolore potuiſſent in voluptatibꝰ ⁊ delicijs obtinuiſſe. Hec ille Petrꝰ bleſenſis. Uere frater vere quicq̃d dicat firmiter hec tene ꝙ celum nõ aliter ſcandes: niſi quod docuere apoſtoli teneas ore. moribꝰ ⁊ fide. Et quid docuerũt illi. Nõne ſobrie ⁊ iuſte viuere. humilitatem ⁊ paciẽtiam. caritatem ⁊ conſtãtiam ac ceteras virtutes totis viribus obtinere. mundum ⁊ que mundi ſunt deſpicere. diuitias ⁊ delicias fugere. penitentiam agere. in tri

oulationibꝰ ⁊ miſerijs letari et gaudere. Tu quoqꝫ fac ſimile ⁊ viues. eſto quoqꝫ forti animo in omnibus labo ribus anguſtijs ⁊ penis In proximo enim eſt q̄ a domi no cureris. labora fortiter ſicut bonus miles chriſti. Et ne cogites intra temetipſum aliquando ſic dicens Mul tus ⁊ immenſus eſt labor meus: ego autem ſum mini/ mus ⁊ infirmus valde: nec valeo hoc propoſito finali/ ter perſeuerare. Audi verba Hieronymi in epiſtola ſic dicentis. Nullus labor durus: nullum tempus lōgum videri debet quo eternitatis gloria acquiritur. Unde chriſoſtomus ſuper mattheum. Si quis viam laborio/ ſam exiſtimat ſue deſidie eſt accuſator. Si enim mina/ ces pelagi fluctus nautis. ſi tempeſtates atqꝫ hyems a/ gricolis ſi vulnera cedeſqꝫ militibus. ſi grauiſſimi ictus plageqꝫ pugilibus leues videntur ⁊ tolerabiles propter ſpem temporalium ⁊ pretereuntium cōmodorum: mul tomagis cum celum preparat in premium: nihil ex pre ſentibus aſperitatibus debeat ſentire. ac maxime labo/ res mitigat in benignum venire finem. Ne aſpicias q̄ via eſt aſpera: ſed quo ducit. ⁊ aliam quia lata eſt: ſꝫ vbi deſinit. Certe iam video q̄ dormientibus nō prouenit regnum dei: nec ocio vel deſidia torpentibus beatitudo eternitatis ingeritur. Unde dicit leo papa in ſermone ſed ſicut ſcribit mathei. xi. Regnum celorum vim pati tur ⁊ violēti capiunt illud. Un̄ quidam. De regno celi non credit mēte fideli. Inſipiēs ⁊ ebes ſꝫ tu bene credē debes. Chriſto dicēti rapiunt illud violēti. Scilicet au ſteri ſe caſtigādo ſeueri. Mollia ſpernentes ⁊ carni vim faciētes. Item ſup hoc dicit alius poeta. Aſper erit vi/ ctus aſper labor aſper amictus. Aſpera cūcta tibi ſi vis ſup ethera ſcribi. Ecce iam patet manifeſte q̄ ſicut ſcri/ bitur Actuū. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare regnum celorum. O q̄ꝫ bene attendebat hoc beatꝰ auguſtinus. q̄ non niſi tormētis itur ad aſtra dei.

Unde dt O anima mea ſi quotidie opoꝛtꝫ nos tormē
ta pferre:ſi ipſam iehēnam lōgo tēpore tolerare:vt chri
ſtum in ſua gloria vidē poſſem⁹ ꝛ ſanctis ei⁹ ſociari Nō
ne ergo modo dignum eſt pati omne triſte:vt tāti boni
tātecꝫ glorie participes habeamur. Inſidiētur ergo de-
mones:parēt ſuas temptatiōes.frangāt corp⁹ ieiunia.
premant veſtimēta cilicina.labores grauēt.vigilie exic-
cēt.inclamet me iſte inquietet me.ille vel ille frig⁹ con-
trahat calor adurat.caput doleat.pect⁹ areat.inflē ſto-
machus.palleſcat vult⁹. infirmetur homo tot⁹.deficiat
in dolore vita mea:ꝛ anima in gemitib⁹. Ingrediat̄ pu-
tredo in oſſib⁹ meis:ſubter me ſcateat vt requieſcam in
die tribulationis ꝛ aſcēdam ad populum accinctū no-
ſtrum. Item petr⁹ bleſenſis. Fatiſcāt membra mea vigi
lijs.extenuētur ieiunijs.labore frangantur.liqueſcāt in
lachrymis oculi.imo ſi totum cerebꝝ ꝛ medulle corpis
in fletum effluāt:nō ſunt tamē cōdigne paſſiones hui⁹
temporis ad futuram gloriam que reuelabit̄ in nobis.
O ſi ſciret homo quid ꝛ ipſe et quid de⁹ eſſet: mille pati
mortes credēt eſſe nihil. Ecce que ꝛ quāta ſunt hilarit̄
pro deo ſuſtinēda.libēter ergo ſuſtine ꝛ gaudēter patia
re. Exemplum accipe in latronib⁹ ꝛ maleficis ad mortē
diiudicatis qui gauderēt ſi ꝑ abſcidēda auricula poſſēt
euadere mortem anime ꝛ acquirē gloriam eternalem:
Uñ eccleſiaſtici.vi. Exiguū laborabis ecce penitentie
paruitas ꝛ cito edes de generationib⁹ illius videlicꝫ de
fructib⁹ glorie qui generātur ex labore penitētie. Item
ſapiētie.iij. In paucis vexati ecce laboris exiguitas: in
multis bene diſponētur. Ecce magna remuneratio ꝛ p̄
mium que exinde ſequūtur. Uñ beatus effrem. Si in-
quit modic⁹ eſt labor inſtitutiōis noſtre fratres cariſſi-
mi ꝛ magna eſt requies:parui temporis afflictio .ſed re
tributio eius videlicet delicie paradiſi ꝛ exultatio et le
ticia in ſeculum ſeculi permanebūt. Ideo dicit ſapiens

ecclesiaſtici vltimo. Uidete oculis veſtris quia modi-
cum laboraui ⁊ inueni mihi multam requiem Et ſic cla
re patet ꝙ breuis eſt iſte labor: ⁊ premia multa laborum
Fac ergo libenter atq̨ voluntarie immortalis futurus
pro vita perpetue duratura que gratāter faceret homo
moriturꝰ pro temporali vita ad modicum differenda:
Et ergo finaliter concludendo patet aliqualiter ex ſupe
rius allegatis ꝙ hec nouiſſima videlicet mors. iudicium
iehenna ⁊ gloria omnes qui continuam ⁊ iugem habēt
eorum memoriam valde ⁊ multipliciter reuocant a pec
catis. Sed pauci iſta ponderant et rariſſime ea cogitāt
ſeu conſiderant. omnes putant diu viuere ⁊ in ſenecta
vberi penitere. iudicem placare infernum fugere. et ſic
celeſtem gloriam in delicijs viuendo et ocijs acquirere
tandem ⁊ eternaliter poſſidere. Non ſic impij non ſic:
hoc argumētnm non concludit: immo fallit ⁊ illud pro
ut ſatis lucide patet per predicta Et igitur omnes ſedu
cimini ⁊ niſi penitētiam egeritis ſimul peribitis: ⁊ mo
riemini in peccatis. Unde ſcribitur ecclesiaſtici. ij. Si
penitentiam non egerimus. incidemus in manus dei ⁊
non in manus hominum. Sed proch dolor quis peni-
tet. quis peccata defleт. quis ſubuenit pauperi. quis mi-
ſeretur inopi. quis compatitur miſeris quis cogitat de
futuris? Penitus nemo. nam fere tota generatio pra-
ua eſt atq̨ peruerſa que non direxit cor ſuum in bonū.
immo potius in malum. Omnes terrena ſapiūt ⁊ que
ſua ſunt querunt. non que ieſu chriſti. Munera diligūt
virtutes fugiunt. ⁊ ſicut iumenta in ſtercoribus. ſic et
ipſi in peccatis multiplicibus miſerabiliter computre-
ſcunt. Corrupti ſunt abhominabiles facti ſunt iniqui-
tatibus ſuis. Jam dominus de celo proſpexit ſuper fili
os hominum. vt videat ſi eſt intelligens aut requirens
bonum. Sed omnes declinauerūt ſimul inutiles facti
ſunt. nec eſt qui faciat bonum: vix etiam vſq̨ ad vnum.

Ecce iam impletum eſt tempus. iam aduenit miſerabi
lis ille mūdi ſtatus. de quo Michee. vij ita prophetatur
Periȷ̄t ſanctus de terra ⁊ rectus in hominibus n ō eſt.
Omnes enim in ſanguine inſidiantur. vir fratrem ſu
um venatur ad mortem. malum manuū ſuarum dicūt
bonum. Qui optimus eſt in eis quaſi pſalmus. ⁊ qui re
ctus quaſi ſpina de ſepi. Quid plura? Nolunt ſcire et
intelligere vt bene agant. nec oculos aperire vt clare vi
deant: ſic excecauit eos malicia ipſorum. O ſtulta mali
cia. o mala ſtulticia voluntarie vitam fugere. mortem
diligere. ſpernere bonum. agere malum. deumq; cōtem-
nere: et demoni obedire. Cariſſime cur proprium caput
enſe ſecas? Cur ſpōte cathenas demonis īcurris? Cur
ſua iuſſa facis? Exurge exurge euigila ⁊ vide. Relin-
que diabolum fuge demonem. ne poſtea cum ipſis eter-
naliter cōtemnaris. Miror ⁊ ammiror ꝙ homo qui pre
ceteris eſt creatura rationalis in nullo quaſi ſequitur
iudicium rationis ſpernens ſalubria. affectans noxia. q̄
rens et deſiderans mortifera ⁊ nociua. O deus eterne
que cauſa talis dementie. que ratio tāte fatuitatis ⁊ in
ſanie. Cur anima mortē tā prono corde requirit. Cur
ſibi qđ tollit viuere captat homo Uere vere gens abſq;
conſilio eſt et ſine prudentia. Ac vtinam ſaperent ⁊ in
telligerent ac nouiſſima prouiderent.

Finiūt Quattuōr nouiſſima

Sequūtur Exempla De gau
dȷ̄s regni celorum.

## De gaudijs regni celoꝝ Ex libro apū

Vidi in brabācia mulierem diuitem ⁊ honeſtam poſſeſ
ſam a demonio. Quam cum rogāte preſbytero religio
ſo viſitarem inuenim⁹ eam a vexatione demonis quie-
ſcentem ⁊ ſenſate loquētem vt ſanam. Tūc occulte ne
mine aduertēte verſum cantici moyſi in deutronomio
ſcōm ꝙ olim a ſancto quodam viro audieram tercio re
petiui ad ꝓuocandum demonem in obſeſſa. Deum qui
te genuit derelíquiſti ⁊ oblitus es domini creatoris tui.
Nec mora mulier pallere cepit labijs atqꝫ vultu et due
vene in collo ei⁹ ad groſſiciem pollicis intumeſcē. Tūc
ego inquio quare peſſime vexare feminam p̄ſumpſiſti.
Mortuo īquit viro ſuo compaſſa. in ſubſidium illi⁹ ani
me cōtulit quicquid boni fecerat in hac vita. ⁊ ex hoc na
cta occaſione vas vacuū mox intraui. Cui ego Menti-
ris miſerrime ex hoc eñ quod dedit mediante charitate
tumulatum eſt bonum ei⁹. Et ille cum cachinno Men-
dax inquit ſum nec mirum ſi mētior Mox ego Eſt ne il
la tam pulchra ſicut dicit̄ celeſtis patria quam perdidi-
ſti Et reſpōdit In infinitum pulchrioꝛ ꝙ̄ dicat̄. Et ego
velles ne redire ad illam patriam ſi poſſes. Et ille Vel
lem inquit ꝙ poſſem vſqꝫ ad diem iudicij omnia excogi
tata ſupplicia ſuſtinere. Cui dixi Et ego ꝑmitto tibi in
periculum ſalutis mee promiſſe ſi mendax inueniar il-
lam perditam gloriam recuperare te poſſe ſi tātum hec
dixeris. Domine deus meus peccaui ignoſce mihi. Et
mox ille cum tortto collo exclamauit horrifice. Domine
domine Cumqꝫ hoc ſepius cum clamore valido perſona
ret nec vltra in verbis procederetur Impoſſibile enim
ſciebam illi vt deum ſuum dominum recognoſceret ⁊ ſe
fateret̄ peccaſſe atqꝫ ſibi precaretur ignoſci tandem ſub
iunxit. Domine deus margarete ſic eñ obſeſſa mulier
vocabatur deū recognoſcere dominum ſuū indignat⁹.

Tunc ego ad illum O infelicissime omnium creatura rum superbia eliſit te ꝛ de celo depulit te redire inexpia bilis superbia non permittit Nec mora confuſus ob- mutuit. Et post paucos dies non tamen tunc feminā dereliquit

Aliud ex dialogo gregorij

In tudertina vrbe in qua fortunat⁹ vir dei erat epiſco- pus Marcellus quidam bone actionis vir cum duabus ſororibus ſuis habitauit. Qui eueniēte moleſtia corpo ris ipſo ſacratiſſimo veſperaſcente iam ſabbato paſcha li defunctus eſt Cuius corpus cum longius eſſet efferē dum die eodem ſepeliri non potuit. Cumq; mora eſſet temporis ad explēdum debitum ſepulture ſorores eius morte illius afflicte cucurrerūt flentes ad fortunatum venerabilem eiq; magnis vocib⁹ clamare ceperūt. Sci mus ꝙ apoſtolorum vitam tenes leproſos mundas ce- cos illuminas .veni ꝛ reſuſcita mortuū noſtrum. Qui mox vt cognouit fratrem earum defunctum flere etiã cepit ipſe de morte ipſius eiſq; reſpondit dicens. Rece- dite ꝛ hoc dicere nolite quia iuſſio omnipotentis dei eſt cui contraire null⁹ hominum poteſt Illis itaq; diſceden tib⁹ triſtis ex morte illius manſit epiſcop⁹. Subſequēti autem die dominico ante exurgētis lucis crepuſculum vocatis duob⁹ diaconibus ſuis perrexit ad domum de- functi acceſſit ad locum vbi iacebat corp⁹ exanime ibiq; ſe in orationem dedit. Expleta autem prece ſurrexit et iuxta corp⁹ defuncti ſedit Nō autem grādi voce defun ctum per nomen vocauit dicens Frater marcelle veni: Ille autem acſi leniter dormiēs ad vicinam vocem quā uis modica fuiſſet excitatus ſtatim aperuit oculos atq; ad epiſcopum reſpiciēs dixit O quid feciſti o quid feci- ſti. Cui epiſcop⁹ reſpondit dicens. Quid feci fili At ille ait. Duo heſterna die venerūt qui me eijciētes ex corpe in bonum locum duxerūt Hodie autem vn⁹ miſſus eſt

nuncius qui dixit Reducite eum quia fortunat⁹ episco
pus in domū illius venit Quibus verbis expletis mox
ex infirmitate cōualuit ⁊ in hac vita diuci⁹ māsit. Nec
tamē credēdum est quia locum quem accepat ꝑdidit qꝛ
dubium nō est ꝙ intercessoris sui precibus potuit post
mortem meli⁹ viuere qui ante mortem studuit omnipo
tenti deo placere     Ex vita sci Francisci.
Quidam iuuenis valde nobilis ac delicat⁹ venit ad or-
dinē sancti frācisci qui indut⁹ habitu fratrum post ali
quot dies diabolo instigāte cepit habere intāta abomīa
tione habitum quem gerebat ꝙ videbat̄ sibi portare sac
cum vilissimum ⁊ ꝓpterea horrebat manicas abomina-
bat̄ capucium ⁊ ipsam longitudinem tunice ⁊ ei⁹ asperi
tatem tanq̄ȝ importabilem estimabat Unde factum est
ꝙ crescēte religionis fastidio deliberauit penit⁹ reijcere
habitum et redire ad seculum Magister autem ei⁹ docu
erat eum ꝙ quādo an̄ altare cōuent⁹ trāsiret in quo ser-
uabat̄ sanctissimū christi corp⁹ cum magna reuerentia
genib⁹ flexis ⁊ discooꝑto capite ⁊ cancellatis manibus
deuote inclinaret Accidit autem illa nocte q̄ deliberaue
rat dimittē habitum ⁊ redire ad seculum ꝙ oportebat
eū ante altare trāsire vbi sicut cōsueuerat genua flexit
et statim fuit capt⁹ in spū ⁊ ostēsa sibi fuit mirabilis vi
sio Nam vidit quasi multitudinē infinitam coram eo
processionalit̄ transeūtem. omnes vero qui in illa ꝓces
sione beata erāt bini incedebāt. Et erāt vestiti ornatissi
mis ⁊ p̄ciosissimis diasperis Facies autem eorum ⁊ ma
nus ⁊ quicquid apparebat de corpore sole splendidi⁹ ra
diabat ⁊ ibāt cum cantu ⁊ iubilo angeloꝝ solemnissime
et dulcissime decantādo. Inter quos duo nobiliores ce-
teris īcedebāt tanta claritate velati ꝙ mirādum stupo
rem aspicientibus ingerebāt. Et q̄ circa finem processi
onis predicte vidit etiam quēdam tanta gloria decora-
tum ꝙ videbatur quasi nou⁹ miles ab omnibus singu-

lariter honorari Dict⁹ autem Juuenis hec videns mira
baẗ valde ⁊ neſciebat quid hoc eſſet. nec interrogare trā
ſeūtes audebat nec poterat nimia dulcedine ſtupefact⁹
Sed cum proceſſio pertrāſiſſet ⁊ ipſe adhuc videns ex⸗
tremos reſumēs audaciam cucurrit ad illos ⁊ interro
gans dixit O chariſſimi rogo vos ꝙ dicere placeat qui
ſint iſti tam admirabiles quos cōtinet hec venerāda ꝓ⸗
ceſſio Jlli vero cōuertentes ad eum ſplendidiſſimas fa
cies dixerūt. Nos omnes ſumus fratres minores. qui
modo venimus de paradiſo Et ille rurſum interrogās
Qui ſunt illi duo qui tantum excellēter inter alios ru
tilāt Reſponderūt Jlli duo ceteris clariores ſunt ſan
ctus franciſc⁹ ⁊ frater anthonius Jlle autem vltim⁹ tā
tum honorat⁹ eſt quidam ſanct⁹ frater nouiter mortu⁹.
quem quia valēter contra temptatiōes pugnauit ⁊ vſ⸗
qꝫ in finem pſeuerauit in ſancto ꝓpoſito ad gaudia eter
ni regni cum gloria ⁊ triumpho perducim⁹. non ſolum
comitantib⁹ ſanctis ſed etiam letantib⁹ angelis Jſta ve
ro veſtimēta diaſperi que nos tam decora portauimus
data ſunt nobis ꝓpter aſperas tunicas quas in religiōe
patienter detulim⁹ ⁊ glorie claritas quam tu vides da⸗
ta eſt nobis a deo ꝓpter humilem paciētiam quam feci
mus ⁊ ꝓpter ſanctam paupꝫtatem ⁊ obediētiam ⁊ caſti⸗
tatem mundiſſimā quam vſqꝫ in finem hilari mēte ſer
uauim⁹ vnde fili non ſit tibi durum ſaccum religionis
tam fructiferum deportare quia ſi in ſacco frāciſci amo
re domini noſtri ieſu chriſti mūdum ſpernendo carnem
mortificādo ⁊ contra diabolum dimicādo viriliter te ha
bueris nobiſcum ſimili veſte fulgebis. Et his dictis Ju
uenis ad ſe rediJt ⁊ confortatus ex ipſa viſione omnem
temptationem abiecit culpam coram gardiano et aliJs
fratrib⁹ recognouit aſperitatem penitentie. ⁊ indumē
ti vt diuitias de cetero ꝯcupiuit. Et ſic īmutatus ī me
lius in ſancta vita finiuit

## Aliud

Anno dñi.M.cccc.iiij. Quidam cleric⁹ de vendepera cũ ſtuderet in ſcholis apud lugdunum vidit in viſione noctis vallem quãdam ſub quodam monte ſuꝑ quem ciuitas quedam pulcherrima ſita erat cui⁹ aſpectus nimiũ delectabat intuẽtes ita vt quiſquis eam videret de aſpectu illi⁹ ſaciari nõ poſſet ꝛ omnib⁹ modis laborauit quomodo ad eam peruenire valeret. Interea vidit fluuium quendam ſub pede montis immo circa pedem currentẽ Quem dum circuiret querẽs artem quomodo eum trãſmearet. vidit ſuꝑ ripam fluminis duodecim lauãtes in flumine tunicas ſuas Inter quas erat quidam veſte cãdidiſſima indut⁹ multum alijs diſſimilis qui adiuuabat illos in tunicarum ſuarum ablutione qui poſtq̄ꝫ iuuerat vnum ibat poſtea adiuuare alium. Tũc clericus q̄ hoc videbat acceſſit ad illum qui ceteros adiuuabat ꝛ dixit Que gens eſtis vos Qui ait Iſti pauꝑes homines ſunt penitẽtiam agentes. ꝛ ſe a peccatis ſuis lauantes. et ego filius dei Jeſus chriſt⁹ ſine cuius auxilio nec iſti nec alij poſſunt benefacere. Ciuitas hec pulchra quã vides paradiſus eſt vbi ego maneo ꝛ quãdo quis tunicam ſuam lauerit id eſt penitẽtiam peregerit in illam intrabit. Turpem ſatis diu queſiſti viam qua itur ad illam ſed nulla alia via q̄ꝫ iſta ducit ad eam. His dictis cleric⁹ a ſomno euigilauit ꝛ mirari cepit de viſione Cũqꝫ non multo poſt rediſſet de ſchola in patriam ſuam narrauit epiſcopo cabilonẽſi viſionem hanc cui familiaris erat. Qua audita epiſcop⁹ ſuaſit ei vt ſeculum relinqueret ꝛ religionem intraret cõmendans ei ſuꝑ omnes ordines nouellum illum ordinem ciſtercienſem Ille venit ciſtercium ꝛ inuenit locum incultum ꝛ deſertum ꝛ fratres ĩter beſtias cõmorantes. Ad portam vero monaſterij q̄ de vimine facta erat pendebat malleus ferreus cui⁹ ſonitu ad portam portari⁹ compellabat᷑ ab introire volen

tibus. Hoc vero ſonitu portarius vocatus venit ad eũ
foras ⁊ inclinãs ſe ad eum ſalutauit eum. Quem cleri
cus intuens cognouit ſtatim ſe eundem vidiſſe int̃ eos
qui tunicas ſuas in flumine lauabant Rogauitq; eum
vt ad ſe adduceret abbatem. Abbas igitur ⁊ totus con
uent⁹ venit ad eum ⁊ recognouit clericus omnes ſe vi
diſſe tunicas ſuas in flumine lauantes. Statimq; ceci
dit ad abbatis pedes rogans eum cum lachrymis vt ſu
ſciperet. Qui ſuſcept⁹ non multo poſt factuſq; ẽ prior.

Ex ceſario aliud.

Egrotabat in hemmerode cenobio ſacerdos yſenbran-
dus nomĩe cuſtos eccleſie plus q̃ triceſimũ annũ agẽs
in ordine ⁊ ad extrema perduct⁹ eſt. Media nocte cum
ſuper eum miniſtroꝝ vigilaret diligentia audierunt eũ
leui ſuſurro ꝟba ſonare. Timẽteſq; ne morti proxim⁹
aliena loqueret ori loquẽtis aure adhibita. intellexerũt
verba ſublimia edificationis plena de gloria celeſti ⁊ in
enarrabili leticia ſanctoꝝ. Dignum ergo indicantes te-
ſtem his idoneum adhiberi nunciauerũt hec abbati. qui
et ipſe graui laborabat infirmitate. Vocat⁹ abbas affu
it Interim cecinit horologium ⁊ occaſiõe ſumpta ſic fa
ri cepit. O q̃ ſuauem noctem exegi q̃ delectabili horolo
gio operam dedi q̃ dulces ⁊ ſuaues cõcentus audiui cho
ris in celo pſallẽtium interfui. O q̃ cõcorditer ⁊ delecta
biliter pſallebãt In noſtro cantu ſolet eſſe diſſonantia
tedium laſſitudo. ibi lõge aliter eſt In vnam omnes cõ-
ueniũt melodiam ſuper omne quod delectat dulciorem
Infatigabiles laudare nõ ceſſant ⁊ quãto plus laudant
tanto plus creſcit amor laudãdi. ⁊ mirabili atq; ineffa-
bili modo hec ꝑuenit. in vſum gratiſſime quietis ꝙ nun
q̃ vacãt a laude creatoris Ibi qui magis hic humiliati
ſunt mediocrib⁹ vel minimis ꝯtenti glorioſius exultãt
abundãtiorem recipientes cõſolationem faciem ſplen-
didiſſimam ſtatura celſi veſte glorioſi. Cum his familia

riter cōuerſatus ſum ⁊ amico refectus colloquio. Tā-
ta gloria veſtium delectatus ſollicite querebam ſi taleꝫ
ego habiturus eſſem ⁊ dixerunt. Qui viuit irreprehen-
ſibiliter talem veſtem ſperare poteſt. Si vero vicium
latuerit in ꝯuerſatione macula apparebit in veſte. Cul-
pa enim vite maculam facit in veſte Immaculat⁹ ergo
merebitur habere veſtem qui ſe a maculis ſeruat immu-
nem Et dixi Que ſunt macule. Et illi. Murmuracio.
detractio. inuidia. negligētia ⁊ quicquid ſinceritatē cor-
dis maculat ⁊ confundit. Qui talia agunt in gloria ve-
ſtis maculam ponunt. Tu vero ꝑ multis laborib⁹ ⁊ vi-
te honeſtate ſimilem ſortieris veſtem. His dictis fauci-
bus arefactis viribuſqꝫ exhauſtis defecit loquens poſt
modicum inſtillata refocillat⁹ aqua reſumptoqꝫ ſpiritu
ad loquendum ſe parans ſpem fecit auditoribus ⁊ ait.
Utinam differret me dominus vſqꝫ dum cōpleto ope-
re dei dn̄is noſtris loqui poſſem. O qꝫ leti nuncij baiu-
lus eſſem qꝫ leta qꝫ ſtupenda narrarem que vidi que au-
diui ⁊ ſenſi: que parata ſunt diligentib⁹ deum ⁊ in lau-
de eius vigilantibus Et abbas Frater quomodo hec vi-
diſti. Et ille Quater hac nocte raptus ſum ante deum
pect⁹ meum apertum eſt ⁊ anima mea educta eſt. ⁊ ſta-
tim fui inter choros angeloꝝ ⁊ vidi dominam noſtram
in immēſa claritate cum ſuis ſacris virginibus que ſe
mihi ꝓmiſit in neceſſitate affuturam ⁊ ſanctum micha-
elem cum multo exercitu angelorum preparatū in au-
xilium mihi. Nam altari ⁊ memorie ſue. honorem ſem-
per ſolebam impēdere ⁊ innumerabileꝫ multitudinem
ſanctoꝝ ⁊ quos antea non viderā ſtatim agnoui. Rur-
ſumqꝫ ſpū ⁊ virib⁹ deficiēs loqui ceſſauit. Compulſus
itaqꝫ de ſorbicula papillū accepit ⁊ guſtās ait. O qꝫ dul-
cis eſt dn̄s guſtantibus O quāta eſt eius ſuauitatis e⁹
abundātia qꝫ larga ⁊ indeficiēs ⁊ omnium deliciarum
copijs afflūēs qua me in hac nocte reficē dignat⁹ eſt O

dulcedo illa dulcedo gratiſſima optabilis ꝛ pſtantiſſima O ꝙ ſingularis ꝙ excellēs ꝛ ineffabilis. Intus eram ī corde vtrumqꝫ teneo vbis autem explicare non valeo. Quam ſentire potui nō poſſum effari rei nimietate victus Tam felici refectione paſtus hāc refectionē ſup addē ſupfluū duco Hec breue ꝛ modicum nutrimētum preſtat illa in ppetuū reficit ꝛ ſaginat. O ꝙ beati ſunt qui illa ſine fine fruituri ſunt Iulēte abbate vocati ſūt quidā nouicij viri quondā in ſeculo clari vtute militari inſignes quos ita cōſolatus eſt vere felices eſtis ꝛ ter quaterqꝫ beati qui de vana veſtra cōuerſatione atqꝫ mūdana vanitate per diuinam miſericordiam vocati eſtis partem iu celis cum iuſtis habituri. Cōſtat enim de ſalute veſtra ſi tamē perſeueraueritis Nam dn̄s dauid īdeſinēter ꝑ vobis pces ad dominum fundit quatenus quod ſalubriter incheaſtis felicit̄ compleatis Unū autē eorum noīe exprimēs de eo dicebat niſi portas clauſtri ingreſſus fuiſſꝫ mortis eterne portas nō euaſiſſet. Aderant ꝛ hoſpites cōuertēdi gratia de ſedib⁹ ſuis euocati ſed nimio adhuc rerum temporalium amore detēti rem arduam aggredi dubitabāt Qui fiducialit̄ accedētes ad virum dei mētis fluctuationē confeſſi ſunt ꝙ videlicet velle adiacēt eis perficē autem bonum non inuenirēt ſupplicabāt vt orationib⁹ eius adiuti mērent̄ ī bono ſtabiliri Et ille. Quādiu mēte adhētis ſeculo nō poteſtis pfcē placē deo nec firmari in bono habentes voluntatē fixā iu malo Quapropt̄ recedite oīno ab his q̄ inutilit̄ amatis ꝛ nō deerit vobis gr̄a ſaluatoris Si vidiſſetis q̄ ego vidi omnē gloriā mūdi vilē reputaretis. Deinde multa q̄rebāt ille de p̄re ille de frē ille de ſuo ſtatu futuro ille de pn̄ti Sꝫ vir dei ita ſingulis reſpōſum tempauit vt ſecretoꝝ reuelator ꝛ cōſciētiarū inſpector eſſe ꝑbaret̄ Mox vocāte deo ſancta illa anima carne ſoluta ē ad dolores corpis vltra nō reditura ſꝫ vt credim⁹

mmoꝛtalitatis luce veſtiẽda ⁊ perhẽnni gaudioꝛum ſu
auitate reficienda.

Hieronymꝰ ad moniales. Angelicis choꝛis ſanctoꝛum
qꝫ ſocietatibꝰ hic ſtudeatis intereſſe vt omnes poſtmo-
dum in coꝛpoꝛis exitu vobis gaudentes ⁊ leti tanqꝫ no
tis occurrant. ſi ſic feceritis nihil vobis dulcius nihil io
cundius qꝫ his intereſſe conuiuijs. his pabulis ſaciari.
Quibus ſemel deguſtatis terrena omnia amara reddã
tur. Experto itaqꝫ ſeni deuote conſulenti credite filie.
Scio quod loquoꝛ cariſſime Nam vt inſipientiam lo-
quar Ego homunculus ſic abiectus ſic vilis in domo do
mini Adhuc viuens in coꝛpoꝛe angeloꝝ ſepe choꝛis in-
terfui de coꝛpoꝛeis per hebdomadam nihil ſentiens

Item Auguſtinꝰ de libꝛo arbitrio Tanta eſt pulchꝛi-
tudo iuſticie tanta eſt iocunditas lucis eterne vt etiam
ſi non liceret in ea amplius delectari qꝫ vnius diei hoꝛa
pꝛopter hoc ſolum innumerabiles huiꝰ vite dies pleni
delicijs ⁊ affluentia bonoꝛum tempoꝛalium recte ⁊ me-
rito deſpicerentur.

Idem Eterna beatitudo conſiſtit in duobꝰ. ſ. in neceſſa
ria abſentia omnis mali ⁊ in neceſſaria pñtia omnis bo
ni. Si enim queris quid ibi eſt. aliter non poteſt reſpon
deri niſi quicqd boni ẽ ibi eſt quicqd mali eſt ibi nõ eſt

Et Gre. Nihil exteriꝰ quod ibi appetat ⁊ nil ĩteriꝰ qđ
Gre. Que lĩgua dicẽ vel qs ĩtellectꝰ capẽ (faſtidiat
ſufficit illius ſupne ciuitatis quãta ſint gaudia ãgeloꝝ
choꝛis intẽeſſe cũ beatiſſimis ſpiritibꝰ gloꝛie cõditoꝛis aſſi
ſtere. pñtẽ dei vultũ cernẽ. ĩcircũſcriptũ lumẽ vidẽ nul
lo moꝛtis metu affici ĩcoꝛruptiõis munẽ ꝑpetue letari.

Augꝰin de cõflictu vicioꝝ Recedat amoꝛ pñtis ſcl'i in
quo nullꝰ ita naſcit̃ vt nõ moꝛiat̃. ⁊ ſuccedat amoꝛ futu
ri ſeculi in q̃ oẽs viuificant̃ vt deinceps nõ moꝛiantur.
Ubi nec aduerſitas turbat. nulla neceſſitas anguſtat.
nulla moleſtia inquietat ſꝫ ꝑhẽnis leticia ibi regnat

Item Hiero⁹. Si chriſtum dñm ꝛ regem cui eſt nomē ſup̱ omne nomē oportuit pati ꝛ ita intrare in gloriam ſuam quam iam fiduciam habem⁹ nos intrare ſine labore gloriam alienam. O q̃ ſtulti ſumus ꝛ tardi corde ad credēdum. Volum⁹ hic gaudere cum ſeculo ꝛ poſtea regnare cum chriſto difficile eſt imo impoſſibile vt ꝛ pñtibus quis fruatur bonis ꝛ futuris vtt hic ventrem ꝛ ibi mentem repleat vt de delicijs ad delicias trāſeat ꝛ vtroq̃ ſeculo prim⁹ ſit vt in terra ꝛ in ſeculo appareat glorioſus Impoſſibile eſt delicijs affluere ꝛ chriſtū ſequi Natura denegat vt contraria miſceantur. Non enī poſſumus deo ſeruire ꝛ mãmone

Unde beatus Aug⁹. O anima mea ſi quotidie oportet nos tormēta pferre Si ipſam iehēnam lōgo tp̱e tolerare vt chriſtū in ſua gloria vidē poſſem⁹ ꝛ ſanctis ei⁹ ſociari. Nōne dignum erat pati omne q̄d triſte eſt vt tanti boni tãteq̃ glorie p̱ticipes habēmur. Inſidient ergo demones parēt ſuas temptatōes frangãt corpus ieiunia: premãt veſtimēta cilicina. labores grauēt. vigilie exſiccãt. clamet me iſte inquietet me ille. vel ille frig⁹ contrahat. calor adurat. caput doleat. pect⁹ areat. inflet ſtomachus. palleſcat vult⁹. infirmet homo tot⁹. deficiat in dolore vita mea. ꝛ anni mei ī gemitib⁹. ingrediat putredo in oſſib⁹ meis. ꝛ ſubter me ſtateat vt requieſcam in die tribulationis ꝛ aſcendã ad populū accinctū noſtꝝ

Item Petrus bleſeñ. Fatiſcant membra vigilijs. extenuent ieiunijs. labore frãgant. liqueſcãt in lachrymis oculi imo ſi totū cerebꝝ ꝛ medulle corp̱is in fletum effluant non ſunt tamen cōdigne paſſiones hui⁹ temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis

Item G ſi ſciret homo quid ipſe quid ꝛ deus eſſet. Mille pati mortes crederet eſſe nihil

O quãta erit in celo leticia qñ nō ſolum in anima ſꝫetiam in corp̱e fuerit gloriãdum. Nam int⁹ ꝛ extra ſubt⁹

1856912

et ſupra imo circumquaqꝫ mirabilit iuſtus gaudebit. Intus de puritate cõſcientie. extra de corporis glorifi/cation. ſubtus de celi ꝛ aliaꝝ creaturaꝝ pulchritudine Supra de dei viſiõe. ꝛ circũcirca de ãgeloꝝ ꝛ oĩm ſcõꝝ iocũda ꝛ delectabili aſſociatione.

O ciuitas celeſtis mãſio ſecura. patria totũ cõtinẽs qꝺ delectat Merces ſanctoꝝ tã magna eſt ꝙ nõ poteſt mẽ/ſurari. tam multa ꝙ nõ pͭ numerari. tam copioſa ꝙ nõ poteſt finiri. tam pcioſa ꝙ nõ poteſt eſtimari

Petrꝰ bleſenſis ad regem anglie ſup Job Putas ne ꝙ aliqs in pñti vita gaudeat ꝛ i futura Si tñ gaudiũ de beat dici qꝺ turbat aſſidue ꝛ reſpgit amaritudie pñti ni mis delicatꝰ es ſi vtrũqꝫ pſumis vti ſeculo ꝛ frui chriſto pñtis mũdi delicias cape ꝛ nihilominꝰ celeſtis gl'e diui/tias optinẽ Audi qd dictum ſit illi diuiti in euãgelio fi li recordare qꝛ recepiſti bona ĩ vita tua Merito poſſemꝰ reges ſciſſimos reputare iſanos ꝛ ꝓplexas apl'os mar/tyres cõfeſſores teneras ac delicatas ꝩgines oẽs q ſpre tis diuitijs ꝛ ꝯculcatis delicijs huiꝰ mũdi ſeipſos ꝑ xp̃o tribulationi ꝛ morti obtulerũt ſi gl'am quã adepti ſunt in anguſtia ꝛ dolore potuiſſent in voluptatibus ꝛ deli/cijs obtinere

Hieronymꝰ Quotienſcũqꝫ te vana ſeculi delectat am/bitio. quotiẽs in mũdo aliquid videris glorioſum ad pa radiſum mẽte trãſgredere ꝛ eſſe incipe qꝺ futurꝰ es.

Idem Omne opꝰ leuius ferri ſolet cum eiꝰ precium ex/cogitat ꝛ ſpes premij ſolaciũ fit laboris. Et nullꝰ labor durꝰ nullum tempꝰ longum videri debet quo eternitatꝭ gloria acquiritur.

Finiũt exẽpla de gaudijs regni celoꝝ Et alioꝝ trium nouiſſimoꝝ. Impſſa Dauãtrie In platea epiſcopi. Anno dñi: M. cccc. lxxxix.


colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
A B C D E F G H I J K L M N
x·rite
0 1 2 3 4 5 6 mm